



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

V. De Codice Psalterij vetusto per S. Ottonem renouato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Psalms. 102.

Ecclesiast. 29.

lationis manum ab eo non subtrahatis. Cui ille subridens; Et quis ego, inquit, vel quid ego? aut quid magni in me esse poterit? Si tamen excelsus Dominus, qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit, exiguitatem meam promouere dignatus fuerit, absit à me peccatum hoc in Domino, ut benignitas & humanitas mihi à vobis impensa obliuioni tradatur. Scriptum quippe est; Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso & gratiam hominū quasi pupillam conseruabit. Decet igitur, ut & ego gratiam & misericordiam, quam hīc inueni, domui huic conseruem; quod & postea deuotus impleuit, quia, factus Episcopus eūdem Richardum familiarem sibi vernulam assumpsit, & specialis amoris priuilegio souere non desit.

* Sic legend. &
retinendum.
Videlicet Notas.

De Codice * Spalterij vetusto per S. Ottone nem renouato.

CAPVT QVINTVM.

Ebbo.



Ed ut ad id redeam, vnde digressus sum, Imperator Henricus, fide & prudentia pīj Ottonis cognita, secretius eum compellans, an Spalterium corde tenus Spallere posset, inquisiuit. Quo respondeante; etiam: gauisus Imperator, eum sibi assidere præcepit, & remotis aliis, Spalmodiæ cum eo vacabat, quoties à negotiis expeditus esse poterat: erat enim Imperator literis vsq; adeò imbutus, ut chartas, à quibuslibet sibi directas, per semetipsum legere & intelligere præualereret. Codex autem in quo spalmos decātabat manuali frequentiâ rugosus, & admodum obfuscatus erat. Quod pius Otto cernens, absente Imperatore, vetusto codicem inuolucro despoliauit, & nouam mercatus pellem, cum que decenter cooperiens, loco suo reposuit. Veniens ergo postmodum Imperator, & quod factum erat nesciens, Spalterium à Cubiculariis requirebat. Turbantibus autem se ad quærendum Cubiculariis, dum præ oculis omnium iacens veteribus tessellis Codex exutus; & nouis decoratus

indus,

indivisiis nescitur, sit hic illucque discursus, nec quidquam reperitur.

Tandem Imperator diuino commonitus instinctu; Vocate, inquit, Ottone meum, & ab eo sciscitamini. Quo coram posito, Imperator ab eo Spalterium exquirebat. At ille concitus librum coram Imperatore iacentem eleuans; ecce, ait, præ oculis omnium hic fuit, vbi & semper reponebatur. Obstupefactus Imperator; & quis ait, tam nitido hunc innuauit operimento? At ille ait; Ego Domine. Quo audito Imperator, collum eius blandis stringens amplexibus, & in oscula proruens; Viuit Dominus, inquit; sicut tu inter cætera diligentia monumenta, Spalterium meū vetusto exutum tegimme, nouo illustrasti operimento; sic & ego te paupertatis tunica spoliatum, noui honoris culmine sublimabo. Et exinde quarebat opportunitatem, quomodo eum promouere, & Pontificali insula redimire posse. Nec multò post, annulus cum virga pastorali * Præmensis Episcopi ad curtem regiam * Bremensis perlata est.

*Quod illis diebus inuestituras Ecclesiarum,
Imperatores dare solebant, & de insigni-
bus ad Imperatorem illatis in obitu
Ruperti Episcopi Babe-
bergensis.*

CAPUT SEXTVM.

Boc siquidem tempore Ecclesia liberam electio- Ebbi.
nem non habebat, sicut postea sub Henrico V. De abbas isto
mediante piæ memorie Callisto Papa actum est: multa Baro-
sed, cum quilibet Antistes viam vniuersæ carnis niss Tom. II. &
ingressus fuisset, mox capitanei ciuitatis illius, annulum & in Apologia
virgam pastoralem ad Palatium transmittebant; sicque regia Baroniaria.
auctoritas, communicato cum Aulicis consilio, orbata plebi

X 2 ido.